



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 206. Petrus Simonius vita functus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII. pietatis laude defunctus Cyrum ex fra-  
 A. C. 1605. tre Nepotem subrogabat. Cum in libris  
 verba sunt Thuani, assiduus esset, cibo  
 multo, quippe vasto corpore utebatur, &  
 generosa vina, qualia illis locis circa Atri-  
 rim nascuntur, aqua nulla admista citra in-  
 mulentiam bibebat, cumque dormitum erat,  
 quod mirum est, largo se meraci hauis sue  
 valetudinis dispendio proluebat.

Scriptit præter jam memoratos tra-  
 ctatus *Ephemerides octavae Sphaerae*, com-  
 mentarium in *Philonis Judæi libros*, tra-  
 ctatum de *cælestibus asterismis*, discursus  
*Philosophicos*, poemata, necnon duas lu-  
 cubrationes de *erroribus amatoris* & de  
*genealogia Hugonis Capeti*: Præterea  
 paulo ante mortem octogenario major  
 de *recta nominum impositione* commenta-  
 rium vulgabat: Tandem vero integris  
 animi & corporis sensibus Bragnizæ die  
 nona Octobris anno ætatis suæ octoge-  
 simo quarto mortalitatem exiit.

§. CCVI.

*Petri Simonii decessus.*

*Miræus*  
*Aub. Bibl.*  
*Script.*  
*Sæc. XVII.*  
*Andr. Bibl.*  
*Belg.*

Hunc pari fato sequebatur Petrus Si-  
 monius Tilæ in Flandria natus, qui  
 a tenera ætate tum pietati, tum studiis  
 liberalium artium assuefactus Philoso-  
 phicis disciplinis sese mancipabat, postea  
 felici ad Theologiam gradu pergens  
 sacrae

sacrae militiae nomen dedit Clericus factus: cum vero doctrina, orisque facultia plurimum valeret, primum Cortraci Parochus, postea Gandavi Archipresbyter renunciatur. Vir erat tam singulari praeditus prudentia, ut in bene administranda Republica Albertus Austriae Archidux Belgii Princeps salutaria ejus consilia non raro expeteret: demum turbis in Flandria per Alexandrum Farnesium nonnihil sedatis, Martino Rithovo defuncto Simonius in Iprensi Episcopatu subrogatur, a suis ovibus tantopere dilectus, ut eidem post obitum suis sumptibus honorificum e marmore tumulum erexerint: decessit autem annos natus sexaginta sex, ob assiduos studiorum labores, nimiamque mentis contentionem viribus penitus exhaustus: priusquam vero mortem oppeteret, Joanni Davidi Jesuitae suo olim apud Cortracenses Collegae sacras Conciones aliaque ingenii sui monumenta commendabat, qui ea Plantinianis literis evulganda curavit: Erant autem praecipue haec I. Tractatus de Jesu Christi in monte Tabor cum Moyse & Elia colloquio II. Apologia contra Calvinum pro veritate Catholica. III. Libri VIII. de veritate IV. tractatus de haereticos, haereticorumque natura.

Sæc. XVII.  
 A. C. 1605.

A a a 5

§. CCVII.